







Ung VI 3

NOVUM  
SAXONIAE PALLADIUM,  
COELESTI,  
ET  
POTENTISS. ELECT. SAX.  
MUNERE IMPERTITUM,

IN  
PERILLUSTRI, SUMME-REVERENDO, ET EXCEL-  
LENTISSIMO DOMINO,

DN. JO. ERNESTO  
A KNOCH,

DYNASTA IN REICHENAU, ELSTER,  
PRIEZEN, SCHMOGERA ET DROCHO,  
SERENISS. EL. SAX. CONSI-  
LIARIO INTIMO, AC INGENUI CA-  
PITULI MISENENSIS PRAE-  
POSITO,

JAMQUE  
SUPREMI ECCLESIASTICI SENATUS  
PRAESIDE

SPLENDIDISSIMO,  
recens-constituto,

MENS FEBR. ANN. AER. CHR. c1o 1sc XXXVII.

RELIGIOSO AC VOTIVO  
GRATULATIONIS DEVOTISSIMAE CULTU  
SUBMISSAQUE OBSERVANTIA,

SUMMI FAVORIS ET BENEVOLENTIAE MEMORI,  
EXCIPIUNT AC VENERANTUR  
CLIENTES OBSTRICTISSIMI,

M. FRIDERICUS ET } CALENUS,  
JOH. GOTOFREDUS }

Fratres Germm. Halâ-Sax.

WITTENBERGAE,

Prælo excedeat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.



ILLUSTR.<sup>mo</sup> ED ECCELL.<sup>mo</sup> SIG.<sup>re</sup>,  
 SIG.<sup>re</sup> & PADRONE OSSERVAND<sup>mo</sup>,

**Q**uesti del Vostro Nome illustri fogli,  
 Carte, in se stesse d' ogni luce prive,  
 Questi applaudi humili, hostie votive

La Bontà Vostra in lieta fronte accogli,  
 Benche men degne de' sì grandi fogli  
 E tutte vuote d' Eliconie rive,  
 La preghiamo pur per l' Aonie Dive,  
 Di non sprezzar li piccioli scorfogli,  
 E di renderci per il Favor Vostro  
 Del GRAN WERTHERO già rapito Lume,  
 A chi l' assomiglia quel splendido ostro,  
 Vostre Virtudi, chi se per costume  
 Gettano un buon raggio al nostro inchio-  
 stro,  
 Non ci manca giamai UN NUOVO NUME.



**P**XPORRIGE FRONTEM SERENIOREM,  
 CERNUA (a) SAXONIA,  
 REDI AD TOGAE PRISTINUM DECUS (b)

*DUM PRIMUM NOVA LUX OCULIS AFFULGET, ET INGENS  
 SOLE LACESSITUM JUBAR INTER NUBILA JACTAT*

*Ann. IX. v. III.  
 Ann. VII. v.  
 327.*

CUJUS DUCTU FELICISSIMO  
 E TOT LUCTUUM INEAUSTIS FLUCTIBUS  
 FELICITER ELUCTARI DABITUR,  
 QVIN  
 GEMINAE TUAE AC LUCTUOSISSIMAE CLADIS  
 IN FRISII AC WERTHERI

MORTIBUS PERPESSAE,  
 DIVINO JAM MUNERE SURGIT  
 SACRIS EX OSSIBUS ULTOR,

**KNOCHIUS!**

DURUM HOSTIBUS TUIS, FATISQVE DURIORIBUS  
 NOMEN,  
 DURABILE TIBI, ET EXOSCULANDUM (c) TUTELARE  
 NUMEN,  
 AC IMPERTITUM COELITUS  
 SECURITATI ET SALUTI TUAE

**PALLADIUM (d)**

SUPREMA MERITO IN ORCHESTRA S.(e)  
 TEMPLORUMQVE TUORUM EXCUBIIS (f)

POSITUM, UBI  
 NOVUM NUNC THEMIDOS SACRAE OS ATQVE ORACULUM,  
*QVAE GEMMA MICAT, FULVUM QVAE DIVIDIT AURUM,  
 UTQVE NOVIS RADIIS CIRCUMDATA SOLIS IMAGO.*

*Ann. X. v. 34.  
 Ov. in ib.*

CUJUS  
 UT ILLUSTIORA IN TE TUOSQVE ESSE POSSENT MERITA  
 AC MUNERA,

ILLUSTRIUS AC SUBLIMIUS IN CLIMA PROVEHI LUMEN OPORTUIT.

A 2

QVIP.

(a) Prona in terram ex luctu. Serv. ad En. Extr. Inde verbum, sed rarius, nec tam boni fortunae commatis, cernuare, pro quo cernulare dixit Sen. Ep. 8.  
 (b) Solennis mos Romanorum luctu ac periculis defunctorum; REDEUNDI AD TOGAM, AD PRISTINUM VESTITUM. Ex Dion. l. 36. 39. 46. aliisque Barn. Briffon. de Form. Lib. II. p. m. 260.  
 (c) Deorum statuas osculandi morem Vetr. ex Sycron. Dion. Cic. aliisque tradit Figrel. de Stat. ill. Rom. c. 33. p. 279.  
 (d) Minervae Simulacrum, fatale pignus Imp. Rom. quod caelo delapsu, urbem in qua esset, inextinguibilem flare credebatur, ut passim ex Hist. Rom. Script. aliisque constat. V. & Dempf. A. R. l. 2. c. 12.  
 (e) Praecipuus ac honoratior in Amphitheatro locus, Consulibus ac Senatoribus dicatus. C. Rhodig. l. 8. c. 8. Lipsi. de Amphit. c. 14.  
 (f) Alluditur ad morem Trajan, alicorumque Imp. modestorum, qui statuas suas in vestibulo Templorum, velut in excubiis eorum poni, ac postibus, ut ait Plin. in Paneg. praetexti voluerunt. V. Figrel. l. 6. C. 33. pag. 281.

QVIPPE QVOD  
AD ALTA AC SUBLIMIA NATUM  
EX ARDUIS AC ILLUSTRIBUS JAM NOTUM  
POST DIUTURNUM PER AUGUSTISSIMA QVAEQVE MOTUM,  
NON POTUIT  
NISI IN SUMMIS AC SPLENDIDISSIMIS  
CONSISTERE,  
NIMURUM

*Aen. XII v. 714*

SACRO QVODAM VELVT CONFARREATIONIS  
VINCILO (g)  
PERPETUO FORS ET VIRTUS MISCENTUR IN UNUM,  
CERTATIM EXORNANDUM AC EXTOLLENDUM;  
POSTQVAM JAM  
EUSEBIE, MUSAE, THEMIS, CHARITES, SVADA,  
PRUDENTIA, EXPERIENTIA,  
IIS UNUM EXORNARUNT DOTIBUS,  
QVAS PLURIMIS NEGARUNT,

TANQVAM  
OMNEM VIRTUTIS LAUDISQVE SVAE MEDULLAM  
UNO IN

OSSE SACRO,  
KNOCHIO,  
CEV CORNV COPIAE, COMPREHENSVAE,  
UT

UNUM QVUM NOMINAVERIS, VIDERIS,  
OMNES (h) NOMINASSE, VIDISSE VIDEARIS,  
AC SANE

UT VETERI GRAECORUM, THEMISTOCLEO INPRIMIS; VERBO:

Ὅσῳ ἐνεσι τῷ λόγῳ  
OS (PONDEROSUM AC VALIDUM) INEST SERMONI (i)

ILLUSTRIS KNOCHII,

ITTA  
THEMISTOCLEA PARITER, NISI MAJORI GERMANA,  
VIRTUTE,

NON EX-OSSEM AUT ELUMBEEM,  
SED VETERI FORMULA:

Ἐπαυδρον καὶ πιστὴν ἐργασίαν, (k)

FORTEM AC FIDELEM OPERAM

REIP. PATRIAE PRAESTITIT.

TOGATAM QVIDEM ILLAM;

SED TANTO POTIORE SAGO,

QVANTO FAX UNA TRIUMPHIS INNUMERIS POTIOR,

ET QVA NIHILO SECIVS

CASURUM POTUIT MORTI SUBDICERE CIVEM,

ET SPOLIA ET PLURES DE PACE REFERRE TRIUMPHOS.

*Sil. l. XI. v.*

*394.  
Claud. de L.  
Silic.  
Juv. Sat. VIII.*

QVOD  
(g) i. e. firmissimo ac velut connubiali. Erat enim conferreum uxorem legitimum adsciscendi modus inter usum & coemptionem medius, farre litato celebratus. Coel. Rhod. l. 28. c. 17. Sigon. de Jur. Rom. l. 1. c. 9.

(h) Allud. ad characterem Vert. OS. qvò vocem OMNES in Inscript. abbreviatis exprimebant, ut passim adparet. Vid. Hofm. Lex. Un. Tom. II. h. v.

(i) Dieterum Themistocli tributum, cui respondet nostrum: Es hat Hände und Füße, was Er rebet. Sic Orogilianus rerum inventionem adpellat ossa orationis. Vid. Erasmi. Chil. IV. Cent. III. n. 56.

(k) Solemnem hanc de bene meritis formulam Graecorum juxta ac Romanorum, explicatam plu-

QVOD SI VERO  
 CIVEM UNUM SERVARE PRAESTAT,  
 QVAM MILLE HOSTES PERDERE.  
 QVANTUM PRAESTITISSE TIBI, SAXONIA, PUTABIS  
 HEROEM SUMMUM,  
 QVANDO NON CIVEM UNUM, SED  
**PRINCIPUM JUVENTUTIS CELSISSIMORUM**  
 PAR INCOMPARABILE  
 DEXTERRIMO IPSIUS MODERAMINE AC DUCTU,  
 CONSILIO, AUCTORITATE, ET, CUI PRIMAE DEBENTUR, PIETATE  
 SERVATUM HUCUSQUE FELICITER  
 TEQVE ADEO IPSAM IN HIS AC CIVEIS TUOS OMNEIS  
 SERVATOS MEMINERIS?  
 CUMPRIMIS, QVANDO

**SERENISSIMUM ELECTORATUS HEREDEM**

SPEM PATRIAE AUGUSTISSIMAM,  
 PER ITINERIS GLORIOSE EXANTILATI QVOSCUNQUE TRACTUS,  
 PER VARIOS CASUS, PER TOT DISCRIMINA RERUM,  
 INCOLLIMEM  
 DIVINO ET ULYSSIS HUIUS ATQVE ACHATIS FIDISSIMI BENEFCIO  
 ADSERTUM  
 SEQVE IPSO MAJOREM, MELIOREM AC ILLUSTRIOREM REDDITUM  
 TUIS NUPER AMPLEXIBUS PRONIS  
 FELICITER REDDITUM RECORDABERIS.  
 QVO ALIO, QVAM

*Ann. T. v. 208.*

KOINOT ATATOT (1)  
**COMMUNIS BONI NOMINE**  
**KNOCHIIUM TUUM**

POSTHAC CENSEBIS?  
 QVAE BONA TIBI PORRO, QVOD SALUTIS PUBLICAE INCREMENTUM  
 AB EJUS BONITATE SALUTIFERA POLLICEBERIS?  
 CERTIUS OPPIDO LAETIUSQVE

QVAM EX OSSIIUM FIBRIS ATQVE STRICTURIS OLIM GENTILES (m)  
 NON ENIM OSSILAGO, DEA (n)  
 NON OSCEN AUT PRAEPES IMMUSLULUS (o)

SED  
 VERI DEI OS VERIDICUM ET IN MUSAS BENEVOLOM  
 SPONDET DIGNA TUIS INGENTIBUS OMINA COEPTIS,

*Ann. IX. v. 447.*

**MAGNE KNOCHI,**

QVANDO IAM  
 MAJUS OPUS SUBIS ET FACINUS MAJORIS ABOLLE,  
 ECCLESiarUM SCIL. SCHOLARUMQVE

**PRÆSIDIIUM,**

TAM ARDUO UTIQVE HABENDUM LOCO,  
 TAM GRAVIBUS FUTANDUM MOMENTIS,  
 IN QVANTUM

PIETAS, RELIGIO, FIDES,  
 DOCTRINA OMNIS SACRA AC PROFANA,  
 IPSAQVE ADEO HUMANITAS AC UNIVERSA SALUS  
 INTELLIGI POSSUNT.

B

QVA.

- (1) Singulare olim & perquam honorificum Virorum de Rep. optime merentium elogium ex Plat. Suid. Atheno Turneb. Adv. T. I. f. 385. (II. h. v. 792.)  
 (m) Hunni campimnis ex ossium fibris futura rimati dicuntur. Ex P. Diac. Hofm. Lex. Un. Tom  
 (n) Ossium Solidatrix, qvæ de passum ap. Antiquos.  
 (o) Aquila præcipua inter aves oscines & præpetes, h. e. qvæ & ore s. cantu & volatu celeri auspicia dabant faustissima, Varro l. 5. de L. L. Gell. l. 6. c. 6. Plin. l. X. H. N. c. 7.

QVARE

QVUM MAXUMIS JAM ANTE EXSPLENDESCERES  
HONORUM AC OFFICIORUM TITULIS,  
MAJOREM TAMEN HONOREM, QVI MINORIS ALIO QVIN EST,  
CUM TRAJANO HABUISTI,  
**EXCUBARE PRO TEMPLIS (p)**  
QVO NON TAM ORNARERIS IPSE, QVAM ORNARES IPSUM,  
NEQVE VERO PLURIBUS IMPAR ATLAS,  
PARNASSUM QVOQVE PRAESIDIO SUSTINES BIVERTICEM,  
GEMINAM AC GENUINAM MUSARUM SEDEM SAXONICAM,  
EO MAGIS PRAESIDI SUO PHOEBO GLORIOSAM,  
QVO MINUS FABULOSAM,  
QVAE PROINDE  
UTI PRONO JAM VULTU CULTUQVE  
SUSPICIT AC SUSCIPIT

**KNOCHIANUM PALLADIUM,**  
DECUS EJUS GLORIAMQVE INCOMPARABILEM  
STYLO NON OSSEO (q) NISI QUIDEM CALAMO, FIRMIORI TAMEN EO,  
QVAM, QVI ADAMANTIUM ALIOQVIN EST, ADAMANTINO,  
OREQVE AC OPEKE IPSE  
NON TABULIS CERATIS, SED CEDRIS, IMMO COELIS INSERTURA,  
VOTISQVE LITATURA PERPETUIS;  
ITA NEC NOBIS SIGNANDUM OS (q) FUIT,  
AUT UNQVAM POSTHAC FUERIT,  
QVOS INTER CLIENTES TUOS LOCO ALIQVO AC NUMERO DIGNATUS  
IN CULTUS AMORISQVE ENIXIORIS FIDUCIAM EREXISTI,  
UT NON MINUS

IN TE JOHANNES COMITATEM GRATIOSAM  
QVAM IN **ERNESTO** GRAVITATEM GLORIOSAM  
FELICI AC CERTISSIMO OMINE JUNCTAS  
ADMIRARI JUXTA CUM ALIIS AC DEPRAEDICARE  
NOBIS HUCUSQVE LICUERIT,  
SPE FRETIS PROINDE HAUD DUBIA,  
FORE, UT ET  
IMPAR HOC MERITIS TUIS NOSTRISQVE DEBITIS  
**MNEMOSYNON**  
AC IPSUM CUMPRIMIS, QVOD PRAETER NIHIL NOBIS RESTAT,  
**VOTUM PIUM**  
IN ARAE, THURISQVE DEBITI VICEM SIS ADMISSURUS  
QVO  
MACTAE INDIES VIRTUTIS GLORIAEQVE TUAE  
PERPETUUM FELICITATIS MAGMENTUM  
DEVOTISSIMI PRECAMUR,  
USQVE DUM  
QVO PROGREDIATUR IN TERRIS TUA  
**VIRTUS, GLORIA, FELICITAS**  
NON HABEAT  
**COELOQVE SUO**  
CUJUS INGENS TE VENERATUR TERRA  
**DEPOSITUM,**  
REDDI DEMUM IPSE EXOPTES.  
QVOD VERO UT SERISSIMUM VOTUM SIT,  
IPSA VOVET, TUISQVE INTERCEDIT VOTIS SUPREMA LEX,  
**SALUS PUBLICA.**

(p) Vid. supra notata ad Litt. (f) ex Plin. & Figrel.

(q) OS signabant Epoptae silentium indicaturi in mysteriis magnis V. C. Rhod. l. c.





Ang VI 3

Vb 17



NOVUM  
**SAXONIAE PALLADIUM,**  
 COELESTI,  
 ET  
**POTENTISS. ELECT. SAX.**  
 MUNERE IMPERTITUM,

IN  
 PERILLUSTRI, SUMME-REVERENDO, ET EXCEL-  
 LENTISSIMO DOMINO,

**DN. JO. ERNESTO**  
**A KNOCH,**

DYNASTA IN REICHENAU, ELSTER,  
 PRIEZEN, SCHMOGERA ET DROCHO,  
**SERENISS. EL. SAX. CONSI-**  
 LIARIO INTIMO, AC INGENUI CA-  
 PITULI MISENENSIS PRAE-  
 POSITO,

JAMQUE  
 SUPREMI ECCLESIASTICI SENATUS  
**PRAESIDE**

SPLENDIDISSIMO,  
 recens-constituto,

*MENS FEBR. ANN. AER. CHR. cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup>c XXXVII.*

RELIGIOSO AC VOTIVO  
 GRATULATIONIS DEVOTISSIMAE CULTU  
 SUBMISSAQUE OBSERVANTIA,

**SUMMI FAVORIS ET BENEVOLENTIAE MEMORI,**  
 EXCIPIUNT AC VENERANTUR  
 CLIENTES OBSTRACTISSIMI,

**M. FRIDERICUS ET**  
**JOH. GOTOFREDUS } CALENUS,**

Fratres Germm. Halâ-Sax.

WITTENBERGAE,  
 Praelo excedebar MATTHEUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.

gnanimus Dux,  
 riorum primus  
 virtute potiùs,  
 oripus inavam  
 an  
 gn:  
 , r  
 & v  
 fus  
 ufa  
 ra t  
 Divi  
 run  
 fec  
 elix  
 um  
 run  
 opp  
 qvi  
 X  
 Teut  
 emul  
 mil  
 riter  
 TIA  
 ine,  
 NT  
 uma  
 Ne  
 nanit  
 ssm:  
 na p  
 ultra horâ ipacium, ex-  
 rum erit, CIVES ACA-  
 HONORIBUS SAXO-  
 nis, frequentissimo conflu-  
 simul, & officiorû debita  
 P.P. Dominicâ VIII.  
 æ cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup>c XXXVI.

